

*Judicium boni Contra carnes suas in semis tubulis qd dicitur  
na in p[er] q[ui] peccaverunt q[ui] carnis tubulatas ut eorum carnes  
p[er]terantur p[er] austeritatem*

*Haec p[er] carnam mundiciate &  
austeritate mala cogitatione vestras  
ad carnes meas  
P[er] hunc agere  
P[er] hunc ad faciem*

acta est ad quam quis cogit. sicut fit in iudicio seculari pro forfactis. et  
illa p[ro]p[ri]e n[on] est sacramentum. Quarto dividit penitentia in actuali & habi-  
bituale. Actualis est qua homo actualiter satisfacit pro peccatis commissis.  
et ad illam non dicitur homo tenet sed solus peccator. Habitualis est quodam de  
testatio vel displicentia de peccato commisso. sed si sit commissum vel quod possit com-  
mitti si non sit commissum. et ad illam dicitur homo tenet siue sit in peccato siue non.

**Ad quartum** respondet s[an]ctus Thomas q[uod] p[er] penitentiam absoluit peccator a  
peccato. restituit ecclesie. et reconciliat christo. bonis spiritualibus dicitur. de filio dia-  
boli filius dei efficitur et paradysus ei aperit. Ite penitentia angelos iustificat. im-  
pios iustificat. amissa bona reuocat. et ad eternam vitam inuitat. Ad quoniam  
tunc videtur quod penitentia multis de causis debet fieri cito. Prima est quia  
diu expectauimus. Secunda est quia ad magna vocamur. sed ad eternam glo-  
riam. Tercia est ne ab eternis nuptiis excludamur. ut patet exemplariter  
in euangelio de quinq[ue] fatuis virginibus. Quarta est ne ab hostibus impedi-  
amur. Quinta est propter penas spellendas. Sexta ne blade decipiamur  
ut auis p[er] aucupem. pisces p[er] piscatorem. Septima ne morte preueniamur.  
Octaua ne consuetudine teneamur. Consuetudo enim est altera natura. Ad  
sexum respondet quod in multis apparet dei misericordia. quia s[an]ctus Tho-  
mas deus peccatores patienter expectat. benigne recipit. vlcisci dissimulat  
a periculis liberat. gratiam donat. datam multiplicat. multiplicatam p[er]seruat  
p[er]seruatam in celo nunciat. offensam dimittit. peccati post remissionem non  
meminit. errantes a se per peccatum reducit. euertes ad se per penitentiam con-  
ducit. cadentes erigit. stantes tenere non desinit. et finaliter in bono perse-  
uerantes ad gloriam inducit

scilicet sequentia obseruanda s[an]cti peccati  
Et sunt hec quinq[ue] tenenda tibi  
remissio peccatorum. contritio cordis .i. peccati  
Spes venie. cor contritum. confessio culpe  
satisfactio penalis. vitatio peccati  
Pena satisfaciens. et fuga nequitie

Consequenter autor magis specialiter determinat doctrinam predictam et h[ab]et  
p[er] certas doctrinas speciales. Et dividit ista p[ar]te in duas. Nam primo ostendit  
quod sit necessaria facienda p[er]fecta penitentiam. Secundo ostendit quod sit sibi vtilia. hi (Sper-  
ne voluptates) Prima adhuc dividit. Nam primo ostendit quod debet penitentes  
necessario tenere respectu sui. Secundo respectu proximi. ibi (Et dimittaris)  
Dicit primo sic quod hec quinq[ue] sunt tibi tenenda in p[er]fecta penitentia .i. spes venie  
contritio cordis. confessio oris. peccatorum satisfactio. et fuga peccatorum

Primo quid sit spes  
Secundo quomplex sit spes  
Tercio quid sit contritio  
Quarto quid sit confessio  
Quinto quomplex sit confessio.  
Sexto quid sit satisfactio et quod sint pres satisfactiois

**Ad primum** dubium videtur quod spes sic describitur. Spes est certa expecta-  
tio future beatitudinis ex dei gratia et meritis propriis prouenientibus. Et sic

*Et dicitur p[er] passum eos et non doluerunt. Attingit eos  
Et dicitur ad hunc d[omi]n[u]m. Indurauerunt facies suas  
Et dicitur p[er] et non doluerunt. Iuxta*